



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCIX. De Morte Scumandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teut.**Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.*

occisis cum præda maxima redie- | & Parisis apud fratres sui Ordin-
runt; In hoc territorio fuit occisus | nis sepultus.

quidam Barthenlis qui fugerat de Pogesania, & in ultima apostasia Commendatores de Christburgk & Elbingo cum eorum familia captivavit, quem sic inter factum canis ejus diris morsibus est aggressus, & aperiens latus ejus sinistrum, cor ejus, quod totum proditionum & fraudum consciū fuit de corpore extraxit, & in præsentia Christianorum plurium devoravit. (c)

ANIMADVERSIONES

AD CAP. CCXVIII.

(a) Gartha hodiè dicitur Grodno, ut putat Matth. Strykovvosky Ossolevicius lib. 4. *Histor. Litv.* cap. II. fol. 299. & ex eo Kojalovvicz loc. cit.

(b) Matth. Strykovius sic legit in suo codice, ut notat ad marginem: *Quod formidolosum erat inspicere, hic fortiter impugnansibus, illis fortius repugnantibus*, quæ lectio, quoque præferenda.

(c) Addit Jeroschinus quædam de Capellano suspenso. Fuisus etiam persequitur miraculum illud de cane proditoris.

(d) Synchronismos ad Caput hoc adjectis non habet Jeroschinus. *Vide* fol. 144. & 176. b. seq.

CAP. CCXIX.

De

Morte Scumandi.

Ecce mirabilis conversio & mutatio dexteræ excelsi, iste Scumandus, qui ultra modum antè persæquebatur Ecclesiam DEI, modo elator fidei factus est, Dux glriosus populi Christiani; hic dum morti appropinquaret, interrogatus à fratre Conrado sacerdote de Balga, quomodo tantam gratiam in fide Christi à Domino meruisset? ait: nunquam aliquid boni feci

Pp 3

antè



Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus de Tierberg Junior XII. Mag. Provinc. Prussia.

antè conversionem meam, nisi hoc solum, quod dum infideles
imaginem B. Virginis Mariæ & filii sui spoliassent in Polonia,
& secuissent per medium, ego de terra sustuli & mundavi vesti-
bus meis, & ad locum decentem posui, quo dicto feliciter in
Domino obdormivit.

CAP. CCXX.

De

Reditu Barthensium & plurimum Le- thovvinorum morte.

Antequam fratres impugnarent castrum, Gartham prædi-
ctum, quidam Bartenses, qui ultimo de Pogesania fugerant,
cum Lethovvinis congregato Exercitu processerunt contra Po-
loniam, ubi præter alia mala, quæ fecerunt, magnam prædam in
hominibus & pecudibus deduxerunt. Sed duo Barthenses scil.
Numo & Dersko post hujusmodi deprædationem factam in
territorio Garthe securi fuerunt Exercitum & ad petitionem
ipsorum omnes Barthenses fratrum gratiam invenerunt & uxo-
res ipsorum, & liberi sunt eis restituti; quod tamen Fr. Th. Ad-
vocato Sambiæ & multis aliis fratribus displicuit, dum ad ipso-
rum notitiam devenit propter futura pericula quæ per eos ti-
mebant incurrere, sicut rei eventus postea comprobavit; Dicti
ergo Numo & Dersko habita gratia fratrum occurrerunt exerci-
tui Lethovvinorum prædicto, & postquam expediverunt com-
paterotas suos, quod actum esset de Castro & territorio Garthe,
& quomodo essent fratrum gratiæ restituti, occiderunt Letho-
vvinos & spolium secum duxerunt in Pogesaniam & habitabant
ibi, sicut prius.

CAP.